10,4 succisum] dolens 27,6 *ante* triumphum] locutum 33,7 fuissent] cauere potuisset *(margo C.)* 38,14 illo] se *corr. A.* 47,13 studio] eius 50,9 loco] poni *(margo C.)* 21 postquam] et 52,14 Iasoni] quidam 55,16 (hæc)] quoque 56,17 magnitudinis] anguem *[E]* 58,7 qui] post 63,14 consule] tunc 66,4 facto] enim 68,14 etiam] eodem 74,9 erant] autem 91,7 Legioni] que 10 idque] ad 93,5 peperit] et 94,15 si] an 95,3 ita] optandum 96,2 Probentur] quoque 25 Itaque] scipio 103,15 Non] enim 110,12 trucidantem] et qui 112,10 ausa] est 113,16 consecranda] referre 114,14 suos] animarent 115,8 quæ] Q. Catulo 13 Volscorum] in se 25 sed non 119,24 superius] ita *corr. C.* 125,5 Flaccus] propter 126,15 adeoque] tam 127,20 sospes patrie menia] sed gloriosior non 135,6 excellentissimis] ornamentis 16 (sua)] pro inuiso et 16 enim] Romani populi 140,23 usus] est *(E)* 142,4 myrtea] semper *corr. D* 152,11 inparem] se *(E)* 157,4 protractum] ut 169,20 res] cum 173,5 ductus] uel iactus 180,3 Samnites] autem 181,2 (his)] contemptis 187,16 solet] bona mens præfertur diuitiis 197,7 femina] et 215,17 *ante* tot] et *bis* 241,10 est] sed *(E)* 248,25 ignes] Aetnæ 249,1 obscuriori] tamen 254,22 miserrimum] pico 257,10 exempla] attingam 261,25 filii] sui 263,24 dignitatis] militaris 274,18 fuga prius] subtraxit 280,26 adgnoscere] aut 322,16 quod] non 323,20 excitatam] dicebat 335,11 secum] de 341,9 specie] tenus 349,11 reliquisset] sed 350,26 Quocirca] nostra 354,25 Eadem] clade 375,19 formulam] recitant 380,18 fides] est 397,11 labris] eius (*transp. E.*) 404,9 Q.] mucius 406,13 manu] se 413,4 tolerabilior] est 415,19 ciui] neque 416,19 ipsum] Marium 417,1 inuidiæ] et 419,7 Eadem] etiam *corr. D.* 421,1 pretiis] in cena 424,1 detestere] an 442,26 diuinum] caput 454,11 actum] simulacrum 455,22 munere] in *corr. D.* 457,9 incolomitatis] Jupiter *corr. CD* 461,14 referendus] est 19 fractæ] testudinis 30 tragœdiam] iam 463,6 imbris] causa 465,7 rex] numidarum populo romano amicissimus 467,3 plerumque] et 469,7 Romam] frequenter *(E)*.

Omissiones hæ:

2,15 uel *pr. l.* 7,1 etiam 26,9 Quod 28,25 que 33,8 a Cæsare 41,11 ne — transferretur *margo* 50,13 Quinto 51,1 is 53,5 huic *mg.* 55,2 eum 11 communione *mg.* 57 adicit 11 *Inscript.* 59,8 et *pr* 62,16 etiam 71,11 constituendorum *mg.* 78,12 ibi 80,2 palliatus E^1 82,20 inde 84,19 habet *(E)* 85,14 securi 86,4 tutum 110,22 enim 115,8 *præn. C.* 118,8 ex sententia 124,24 XIIII *Cras.* 128,6 is 153,24 tum 157,29, 30 Antonius tribuit 158,25 ita 161,19 medicus *mg. H.* 171,16 sibi 173,4 se 199,19 que 28 conuertere *mg.* 203,6 que 207,9 et *post. l.* 211,20 moenia *mg.* 218,18 et honoris 220,13 et 228,12 tam 229,4 etiam 240,15 protinus 241,16 que 245,2 ciuitas 255,8 P. 260,25 filios 262,11 esset 263,21 domi 280,12 quæ 284,6 nimiam 289,4 uindictæ 299,3 exilii 303,28 a M. Claudio 316,22 est *mg* 388,1 inter. *H.* 330,3 Nam 341,9 prima 356,8 id est 360,14 tuam 362,15 eas 365,3 quædam 373,17 in 388,1 inter 391,9 tantis 14 quasi 399.17 interpellatus 411,4 ante 417,11 tantum non 431,5 fere.

Transpositiones his locis:*)

110,17 111,11 113,3, 5 115,4 116,14 131,2 *Par.* 132,11 134,1 139,12 141,12 142,13 144,14 146,6 147,15 153,13 156,24 157,15—16 160,8 161,6, 10, 12 163,13, 24 164,14, 18 165,21 166,13 168,10 169,5 170,11 172,2 173,12, 16 177,7 178,1 179,8 181,9 182,9 183,7 184,4 187,3 192,1 204,26 206,1 207,9 208,9 211,14 216,1 221,19 222,3 223,6 226,10 230,11 231,10 236,18 240,4 244,9 255,3 278,6, 7 279,18 298,4 313,12 316,11 318,12 319,9 329,13 333,19 335,10 338,11 339,14 342,12 344,2 345,18 348,13 363,14 387,20 410,22 411,1 425,19 426,6 430,19 433,8 437,7 439,16 444,10 445,3 456,1 520,8 529,21 543,5, 7 555,3 561,10, 12 562,3 563,5 583,7 597,11 608,5 610,5 613,6 614,5 618,17 632,13 644,12 649,5 657,16 676,18 678,15 681,11 696,19 723,15, 731,15 739,3 740,5.

*) Numeri ad ed. Kempf. mai. referuntur, ubi de his transpositioni bus videre licet.

31. Cum codice F.

Varietates hæ:

150,14 alluxit 159,9 proprius 20 Lacedemonicam 162,20 populum L^2 168,17 prorupit 173,13 talenti 178,10 prouinciæ 182,3 quam 190,10 et 204,17 theutonicis 214,11 hoc 226,19 atque 230,6 aliis 231,8 gratus A^2 233,23 arbitrium 235,24 ne] nec 242,12 opibus 243,20 quo] qui 258,15 utrique 265,24 susceptos 276,11 expetente 277,9 profuderit L^3 290,24 ausa 293,14 ei 304,15 reciperent 322,20 accipimus 332,25 neglexerunt 339,7 refugium 347,26 exercitu 352,27 negauerunt 361,19 iuueni 376,9 lateranensi 378,6 in iudiciis 386,24 infirmitate 391,8 futuræ 410,18 attestata 411,16 his] is 426,13 phyton.

Additamentum hoc:

427,14 exercet] sæuitiam *margo A.*

Omissiones hæ:

158,22 et 203,16 enim 307,24 *Præn.* C.

Transpositiones hæ:

233,11 ætate iam 349,9 si] *post* moenia 364,26 accusatore subiecto.

32. Cum codice *Γ*.

Varietates hæ:

221,11 infelicissimum 261,20 hisdem 264,11 percussus 284,28 humine (*Γ*) *Par.* 426,5 contemtioris 432,16 cum] cui 461,10 minimo.

Omissiones hæ:

107,4 quem 438,13 deinde 461,16 quem.

Transpositiones hæ:

161,23 corrupti] *post* Dareo 220,9 illius errori.

33. Cum epitoma Paridis.

Varietates hæ:

26,11 captus *margo m. 3.* 25 a Ioue 52,17 poterat 54,17 extensum 65,11 constringebantur 134,11 retinuit] *add* usuque (risu *Par.*) testatus est 179,11 postumio 293,2 consul 306,5 ancilla (*cfr. pag. 10*) 337,19 posset 375,14 eis.

Cap. III.

De cognatione codicis.

Codices Valerianos Kempfius primus accuratius æstimare conatus eorumque origo unde ducta esset ostendere in Ed. mai. (pag. 84 sqq.) demonstravit omnes qui tum erant cogniti codices ad archetypum quendam referendos esse, cui codicem illum (*Π*) opposuit, ad quem epitomæ Paridis et Nepotiani reuocari posse viderentur.

Codicum vero duo genera esse statuit, quorum ad alterum Bernensis (*A*) pertineret, ad alterum qui essent recentiores *BCDEFΓ*, ita inter se cognati, ut duas efficerent quasi familias, quarum altera (*X'*) codices *DΓ*, altera (*X''*) *BCEF* contineret.

Deinde Kempfius, quum in comparationem optimum illum codicem Laurentianum, olim Ashburnhamensem vocasset, qui tam arta cum codice A cognatione coniuncta occurrebat ut »frater eius gemellus» appellandus ei videretur, omissis duabus illis recentiorum familiis profitetur (Ed. min. pag. XXIX) in codicibus recentioribus sincera originis indicia adeo non deprehendi, ut certæ stirpes ac familiæ in mixto illo genere constitui vix posse videantur. — Codicem tamen Guelferbytanum *Γ* quadam cum Berolinensi *D* affinitate cohærentem quodam modo e codice *L* originem traxisse voluit.

Quod ad cognationem horum codicum investigandam attinet, neque cum Kempfio sicut in *Ed. mai.* consituit crediderim in illis generibus quæ constituit omnes omnino qui extant Valerii libros suum locum habere neque rem, si modo satis multi in comparationem vocati erunt, adeo esse desperandam ut in Ed. min. voluit. Nam in tanta librorum copia

scriptoris nostri, quorum per omnem mediam ætatem frequentissimus erat usus, vix ad stirpes cognoscendas tam paucos adhibuisse satis erit.

Inter eos tamen codices, qui a Kempfio sunt collati, peculiaris quædam videtur esse ratio codicis Guelferbytani, qui *E* notatur, quocum mire consentit Holmiensis. Qui consensus non solum in corruptelis et interpolationibus cernitur, quibus uterque plurimis scatet, sed etiam in lacunis, ordine, orthographia atque scribendi genere, quæ supra plurima exempla suis locis disposita attulimus. Et in tanta multitudine corruptelarum non paucis locis etiam de bonis aut certe non contemnendis lectionibus conspirant hi codices, inter quas sunt quæ librariorum quidem coniecturis tribui non possunt.

Ut aliqua exempla afferam, initio iam operis (p. 2,3) hi codices habent *claritatis,* reliqui *alacritatis,* fortasse ex superscriptis duabus literis orta corruptela; II,5,5 (74,5) *continentiæ,* reliqui *continenter;* III,3 Ext. 1 (131,18) *omni* (*homini* reliqui codd.); III,7,5 (146,12) *præstantia,* quod Kempfius in Ed. min. Gertzio attribuit, quamquam ipse in Ed. mai. varietatem codicis *E* attulerat; V,4,3 Ext. 5 (249,5) *ultimum iam solitudinis,* quam lectionem Kempfius in Ed. min. Perizonii nomine affert*); VII,3,9 (339,4) *offudit,* quod Kempfius in Ed. min. emendationi Pighii attribuit, habent codices *EΓH;* ad VII,4,3 (347,7) Kempfius in apparatu crit. (Ed. min.) quærit: *an* in summa? — Id ipsum præbent *EH.* — Sed hæc quidem exempla, quibus similia addi possunt, e coniectura librariorum dicat aliquis pendere; de duabus quæ sequentur ne suspicanda quidem videtur coniectura: I,6,5 (27,8) *Sardinia (*Sardenia H.) hi codices soli cum Nepotiano habent; nam quod Kempfius in Ed. mai. de fide codicis *E* se dubitare significat, consensus codicis *H* omnem dubitationem videtur removere; I,8 Ext. 4 (52,2) soli cum epito-

---

*) Hac de lectione quamquam dubitare licet, nihil tamen impedire videtur, quominus vera esse possit. Certe non videtur ad intelligendum difficilior (Cf. Gertzii Symb. pag. 282) quam quod scribit Cicero (div. 2, 43, 91) *extremum atque ultimum mundi.*

matoribus solita quidem scribendi errore præbent *Echedes* pro *Echecles,* quod nomen reliqui pessime corruptum tradiderunt.

Ex his exemplis iisque quæ supra plurima generatim disposita attulimus apparet intimam inter codices *E* et *H* intercedere cognationem. Multis etiam locis quamquam differunt inter se communis tamen originis indicia ostendunt. Ut unum einsmodi quod prætermisi exemplum addam, II,9,2 (98,21) pro *Iunius* cod. *H Uinius, E Uiminius* præbet.

Non raro quæ alter eorum omisit in altero transposita vel in margine suppleta occurrunt. Ita fit ut sæpius de communi eorum fonte iudicium facere possimus, qui quamquam ad contextum recensendum perexiguam habet utilitatem non tamen prorsus videtur contemnendus, ut qui in tanta corruptelarum atque interpolationum farragine aliqua tamen veræ scripturæ vestigia servaverit.

B.

De nonnullis locis emendandis et interpretandis. *)

I, 1,14 (p. 7,26): *Regulus — — — — — Karthaginem petiit, non quidem ignarus ad quam crudeles quamque merito sibi infestos [deos] reuerteretur.* — Vix potest dubitari, quin corruptela in vocabulo quod est *deos* lateat. Quod vocabulum quamquam per se minus movet dubitationis, infestis nimirum diis Carthaginiensium et omni nomini Romano et Regulo ipsi ob mala, quæ Carthaginiensibus plurima intulerat, tamen quæ sequuntur ostendunt Valerium de hominibus, non de diis dixisse. Fortasse Valerius *odio* scripsit, quod et rei et totius sententiæ numero aptum videtur. Neque tamen potest negari quandam præ se ferre probabilitatis speciem illud *hostes* quod habet cod. *E.*

6 Ext. 1 (p. 33,6): *et si quod uestigium in uecordi pectore sensus fuisset* *** *ante de Leonida et † a cæsare spartanis abunde monitum.* — Ut omittam lacunam quam ut coniectura expleamus vix contingere videtur, de manifesta corruptela, quæ est *a cæsare,* pauca libet afferre. Quam e numeri nota natam existimans Torrenius opinatus est fuisse scriptum *a Leonida et ccc eius Spartanis,* coll. III, 2 Ext. 3

*) In hac parte operis quum de sententia Madvigii aut Gertzii agitur, hæc eorum opera respicienda sunt:

I. N. Madvigii Adversaria critica ad scriptores Latinos Haun. MDCCCLXXIII.

Symbolæ criticæ ad Valerium Maximum. Scripsit M. C. Gertz (In Tidskrift for Philologi og Pædagogik. X. Haun. 1873 p. 260—99).

(Leonidas) cum ccc ciuibus apud Thermopylas toti Asiæ obiectus . . . Præpositionem *de* in *a* commutari uoluit, confessus se nescire, quomodo Xerxes de Leonida admonitus esset. Illam Torrenii coniecturam ab Halmio receptam et Heræus*) in universum veram esse censet. Kempfio tamen admonente similitudini litterarum consulens scribendum existimat *de Leonida et CCC Spartanis,* admonito nimirum Xerxe a Demarato de Spartanorum fortitudine (Herod. VII, 101—104). Et videtur verisimile locum illum Herodoteum, quamquam ibi nulla Leonidæ ipsius mentio facta erat, Valerii animo obuersatum esse. Sed huic quidem generi scribendi minime videtur apte fingi mentionem de numero Spartanorum apud Thermopylas pagnantium ante pugnam fieri potuisse.

Videamus igitur, quid apud Xerxem dixerit Demaratus. Qui quum a rege interrogatus esset, putaretne Græcos cum hoste tam valido manus conserere esse ausuros, virtute Græcorum collaudata affirmavit Lacedæmonios, quibuscum nulli Dorum virtute essent comparandi, servitutis iugum numquam accepturos pugnaturosque, etiamsi non plus mille milites conficere possent. Deinde per ludibrium de unius adversus decem pugna interrogatus hæc de Lacedæmoniis adiecit: *Λακεδαιμόνιοι κατὰ μὲν ἕνα μαχεόμενοι οὐδαμῶν εἰσι κακίονες ἀνδρῶν, ἁλέες δὲ ἄριστοι ἀνδρῶν ἁπάντων.* (VII 104) — Valerius et ipse (II, 7 Ext. 2) cum admiratione Lacedæmonios acie instructos his verbis commemorat: *hoc intra domesticos parietes accepto signo Spartanæ acies dimicabant.* Licet igitur suspicari eum etiam hoc loco Spartanas acies commemorantem scripsisse: *de Leonida et aciebus Spartanis abunde monitus.* Quod quidem summa litterarum similitudine commendatur, si credimus per compendium, quod non raro usu venit, fuisse scriptum ACIEB. Id unum quandam movet dubitationem, quod usus formæ nullo quod sciam exemplo confirmari potest, nisi quod Servius ad Virg. Æn. V, 581 *aciebus* reddit pro *choris.* Tamen inde ab antiquissimis temporibus genitivi et ablativi plurales in quinta quæ vocatur declinatione hic illic occurrunt, ut Cato ap. Prisc. 782 P. *facierum*

*) Spicil. criticum in Val. Max. Lips. 1893. pag. 583 (ex Supplemento XIX. Annalium phil. seorsum express.)

adhibet. Et illæ ipsæ formæ *specierum* et *speciebus,* quas Cic. (Top. 7,30) adhibere se nolle confitetur, apud Appuleium et recentiores sæpissime usu veniunt. Quæ quum ita sint, vix videtur esse, cur *aciebus* illud spernamus.

8 Ext. 6 (p. 52,14): *Diuinæ fortunæ uulnus Pheræo Iasoni *** exitii eius cupidus intulit.* Epit. *Par.* hoc modo: *Pher. Ias. quidam inimicus, cum eum conaretur occidere uomicam - - - - - - gladio percussit.* Lacunam Halmius supplevit, receptis e *Par.* verbis *quidam inimicus,* ut mihi videtur, falso. — Apparet enim, epitomatorem festinantem non brevitatis solum causa, quod sæpe accidit, sed quia ad ordinem verborum et sententiarum ab ipso commutatum aptius erat, verbum quod est *inimicus* aut pro Valerianis verbis *extii eius cupidus* adhibuisse aut addidisse. Legendum igitur videtur *Iasoni quidam exitii eius cupidus.*

Ib. 18 (55,21): *rerum natura . . . capreas . . . . sagittis confixas ad salutare auxilium herbæ dictamni tantum non suis manibus deducit efficitque ut comesta ea continuo et tela et uim ueneni uulneribus respuant.* — Illud *comesta Kempfius,* admonente per litteras *Gertzio,* e Nepotiano in contextum recepit pro codd. *concepta.* Sed nescio an si fors ita tulisset, pro illo hoc verbum recipiendum fuerit. Inest enim in *comedendi* verbo quædam quasi consumendi vel abutendi notio, quæ ad sententiam minus apta videtur (Cfr. X, 12 Ext. 6 *comestis omnibus*). *Concipiendi* autem verbum de medicamentis sumendis proprium est (Cfr. Curt. 3,6).

Et epitomatorem hoc loco id egisse ut sententiam scriptoris, non verba redderet etiam ex eo videre licet, quod *eiectant* non male pro *respuant* dicit.

II, 2,7 (p. 65,6): *instrui . . . (imperia) . . . anulis aureis patiebantur, quo talium rerum usu auctoritas magisiratuum esset ornatior.* L A cum plerisque codd. præbent *quod talium,* quod retinendum videtur. Durius enim sonat, quod verba *quo* et *talium* quasi eodem referuntur; neque quid aliquot locis collatis voluerit Kempfius satis intelligo, quum per se ipsum appareat sine ulla offensione dici posse *quo auctoritas m. esset ornatior.*

Deinde codd. mss. ita: *Quorum quemadmodum maiestas*

amplificabatur, ita abstinentia artissime constringebatur. Constringebantur Par., quodHalmius sequente Kempfio, sine causa e Val. emendari voluit. Nam quum epitomator non omnia Valeriana describeret, facile fieri potuit vel debuit, ut formam verbi mutaret. Neque enim minus apte dicimus *abstinentia constringi magistratus* quam *abstinentiam constringi magistratuum.* Cfr. II, 10, 6 *constrictum fati necessitate*; 10, 8 *astricti continentia mores;* VII, 2 Ext. 14 *(legibus) pauperes constringi;* Liv. XXXIX, 1, 6 *inops regio, quæ parsimonia adstringeret milites.* Dubitare igitur licet, an lectio Paridis vera sit, quocum consentit cod. *H.*

3, 1 (p. 67,1): [Marius] *uetustati non sane propitius memorque, si militaria signa humilitatem spernere perseuerarent se - - - capite censum imperatorem conpellari posse.* — Lipsii coniecturam quæ est *militaria signa,* quam olim improbaverat Kempfius (Cfr. Ed. Mai. p. 188) iam in textum contra codicum auctoritatem recepit, qui omnes *militaris ignauia* præbent. Quod quidem rei ipsi et sententiæ minime ineptum eo magis commendari videtur, quod apud Sallustium (I. 85) Marius in ea oratione, quam in scribendis ad bellum Jugurthinum militibus habuit, nobilitati ignaviam atque superbiam identidem obiicit: *contemnunt novitatem meam, ego illorum ignaviam* (15); *divorsissumas res pariter exspectant, ignaviæ voluptatem et præmia virtutis* (20). Quæ oratio ut ad superbiæ insectationem atque ignaviæ potissimum spectat, sic hoc loco ignavia apte commemoratur. Tamen quum in optimis codicibus a man. 1. verbum *perseuerarent* plurali numero scriptum sit, ita fortasse restituendus est locus: *si militares ignavia humilitatem spernere perseverarent . . . . .*

3, 2 (67,9): *Is (P. Rutilius) . . . doctoribus gladiatorum arcessitis uitandi atque inferendi ictus subtiliorem rationem legionibus ingenerauit.* Illud *legionibus,* a Pighio e codicibus receptum, quamquam sententiæ aptum est tamen dubium videtur num in contextum contra meliorum codicum auctoritatem sit recipiendum, qui cum Paride *legibus* præbent. Atque Paridem in suis codicibus ita legisse ex eo concludi potest, quod *instituit* scribit pro *ingeneravit,* quod eos videtur fugisse, qui etiam apud Paridem scriptum volunt

*legionibus.**) Fortasse igitur non est aspernanda Torrenii sententia, *legibus* tuentis. — Ne id quidem mihi persuasi, *excursationibus* quod paulo infra (§ 3) occurrit, in *excursionibus* e Paridis epit. corrigendum esse. Nam præterquam quod fortasse licet dubitare possitne adhiberi verbum *excursionis* pro eo quod est *eruptio,* cogitantibus præsertim, quæ vis in verbis *currendi et cursandi* sit, non facile intelligitur, quomodo factum sit, ut *excursationibus* pro *excursionibus* irreperet.

5, 3 (p. 75,30): *inertia . . . in forum perinde ac delictum aliquod protrahitur fitque ut non facinorosæ, ita erubescendæ rea culpæ.* Illud *non* addiderunt Kempfius et Halmius, Perizonium secuti, sed falso, ni fallor. Ut enim sententia excluso illo vocabulo optima fit, ita addito languidior evadit. Dicit autem Valerius inertiam erubescendæ culpæ non minus fieri ream, quam si facinorosam commiserit. Aliis enim verbis repetit ut assolet, eandem sententiam, quam paulo ante expresserat. Neque quidquam minus egisse videtur, quam ut doceret atque ostenderet, quamvis id verum esset, culpam inertiæ non esse facinorosam.

6, 7 (p. 76,22): *Idem Massilienses quoque ad hoc tempus usurpant, disciplinæ grauitate, prisci moris obseruantia, caritate populi Romani præcipue conspicui.* Codd.: *Inde . . . usurpant disciplinæ grauitatem,* quæ sine diffiiculitate retinere posse videntur. Brevius enim scripsit Valerius pro his: *Inde (i. e. ab Athenis) receptam Massilienses — grauitatem.* Et id quidem facile videtur fieri posse, ut *inde* ad Athenas vel Athenienses referatur, de quorum moribus ad Massiliensium commemorandos transit Valerius. Neque videtur esse, cur copulam inter *obseruantia* et *caritate* cum Gertzio desideremus, licet non plus duo sint membra orationis. Nam quæ potest esse copula inter hæc tam diversa, quibus multa adjici possunt? Ceterum tria illa orationis membra minus apte coniungi videntur, quorum duo eodem fere spectant. Nihil igitur videtur esse, cur a codicumauctoritate recedamus.

6, 7 (p. 77,16) - - - *corpora ad sepulturæ locum plaustro deuehuntur sine lamentatione sine planctu. luctus funeris die domestico sacrificio adhibitoque necessariorum conuiuio finitur.* Omnes, qui nunc extant codices, *dies* præbent, quod facillime retineri postest, si *luctus* aut cum Torrenio ad *planctu* genitivo casu referas, aut cum Perizonio et cod. H. deleas. Quorum neutrum displicet. Facile enim fieri potuit ut pro glossemate adscriptum vocabulum illud in contextum irreperet. Neque potest negari luctum ab illorum funeribus omnino afuisse, si quidem minus affectione animi quam apparatu quodam et pompa lugentium cernitur luctus. Ita Ciceronem quoque sensisse ex iis concludere licet, quæ de veterum funeribus, commemorat. Scribit enim (Leg. II, 25,62): *nostræ quidam legis interpretes, quo capite iubentur sumptus et luctum remouere a deorum Manium iure, hoc intelligant imprimis sepulcrorum magnificentiam esse minuendam.* — Animaduertendum est præterea apud neutrum epitomatorum ne minimam quidem luctus mentionem occurrere. Quin etiam de suo addit Nepotianus: *mortem quippe in bonis æstimabant.* Sed vix credideris, si quid de fine luctus apud Valerium invenissent, id utrumque fuisse prætermissurum. Ne de *adhibito* quidem e Paride recipiendo persuasit nobis Kempfius. Nam quum prætermisisset epitomator *domestico sacrificio,* vix potuit scribere *addito,* etiamsi ita legerat. Itaque in hunc fere modum locus quam proxime ad codicum fidem restituendus videtur: *corpora . . . . deuehuntur sine lamentatione, sine planctu [luctus]; funeris dies domestico sacrificio additoque necessariorum conuiuio finitur.*

*) Gertzius hoc quoque videtur respexisse; vnlt enim apud Paridem legi *instillavit.*

7, 7 (p. 96,26): *Q. Catulus M. Lepido collega suo cum omnibus seditionis copiis † extinctoque . . . . reuertit.* Fortasse post *copiis* adjiciendum est *pulso* (Cfr. per. Liu. XC : *a Q. Catulo collega Italia pulsus et in Sardinia frustra bellum molitus periit*).

9, 1 (p. 98,18): *ite igitur et non odiosam exsoluite stipem, utilem posteritati numerosæ. Non odiosam* est coniectura Madvigii pro corrupta codicum scriptura *nodosam,* quam alii aliter defendere aut sanare frustra conati sunt. Madvigius et ipse, quamquam ingeniose ut solet, quomodo oriri potuerit corruptela ex *non odiosam* (semel scripto *no*) docet, sententiæ tamen minus bene videtur consuluisse. Vix enim vide-

tur esse censoriæ dignitatis ad eiusmodi quasi excusationem descendere. Desiderat autem sententia totusque orationis numerus quod opponatur vocabulo *utilem*. Legendum igitur videtur *otiosam,* quod et sententiæ optime satisfacit nec litterarum nimis repugnat similitudini. Quod ad corruptelæ originem declarandam attinet, recte omnino videtur judicasse Perizonius librarios *nodosam* scripsisse, quod *stipitis* vocabulum in animo haberent.

10, 2: *(prædones) læti, quod Scipionem uidisse contigisset, ad † lares reuerterunt.* Hunc, de quo multi dubitaverunt, locum, nulla esse causa videtur cur infelici cruce notemus. Nam et est usitata hæc locutio *ad lares reuerti* pro *domum reuerti* et apud Valerium, magnifica nimirum verba semper sectantem, persæpe *lares* vel *penates* hoc sensu adhibita occurrunt. (Cfr. VII, 7,1: *postulabant ut auitos eius lares possiderent;* VI, 3,1: *penates ab imis fundamentis eruti sunt,* ne alia afferam exempla). Neque satis intelligo, quid spectans Gertzius (p. 270) hæc dixerit: »*Qui essent lares prædonum per maria errantium, non intelligebam*». Prædonibus enim per maria errantibus certa domicilia nihilo secius opus sunt. Atque constat gentes maritimas, ut Cilices, piraticam fecisse. Neque mihi magis de corruptela persuadet Nepotianus, qui Valerii verba sic reddidit: *læti hac beatidudine suam classem conscenderunt.* Epitomator enim, quæ viderat ampliora, simplicius, ut fit, reddidit. [Ita et Paris, ut unum afferam exemplum, VI, 3, 1 *penates eruti sunt* reddit *domus diruta*]. Quid autem attinuit, si *ad naues reuerterunt* legisset, hæc tam simplicia suis verbis reddere? Quod *classem conscenderunt* scripsit, verisimile videtur eum quæ in nostris exstant codicibus et in suis invenisse, si quidem *classem conscendere* sæpissime idem significat atque *classe proficisci.* Ceterum non modo necesse non est hoc loco maritimos prædones cogitari, sed verisimilius etiam videtur finitimos prædones fuisse, cogitantibus præsertim quam vasta atque deserta quamque obiecta prædonibus fuerit illis ipsis temporibus Campania finitimæquæ Italiæ partes; uno enim anno in Apulia septem millia honimum de rapinis damnati sunt.*) Atque

*) Cfr. Mommsen, Röm. Gesch. (VI) I p. 662.

dixisse Valerium de prædonibus finitimarum regionum iam ex eo suspicari licet, quod initio narratiunculæ verbum *confluendi* adhibuerat. Cuius verbi formam *confluxerant* haud scio an aptiorem Codd. *E H* præbeant.

III, 2, 16 (118,12): *qui cum ab hoste in acie uehementer † paruulo peteretur.* Fortasse legendum *[paulo] uehementius.*

2, 23 (122,23): *cuius capite, umero, femine saucio, oculo eruto, scutum C et XX ictibus perfossum apparuit.* Codd. *E Γ H* post *cuius* addunt *corpus,* quod non prorsus contemnendum videtur. Nam præterquam quod id forma *saucium,* quæ exstat in codd. LA quodam modo commendat, peropportune corporis vulnera ictibus quos acceperat scutum opponuntur itaque concinnior evadit oratio. Et apparet quam facile fieri potuerit, ut inter verba *cuius* et *capite* vocabulum illud propter litterarum similitudinem excideret. Neque quidquam videtur prohibere, quominus defecti, non mortui corpus significetur.

2, 23 (124,3): *uisoque imperatore armis non amissis, sed bene impensis cum laudem merereris, ueniam petisti,* ***quod sine scuto redisses.*** Verba quæ sunt *quod — redisses* Kempfius ex epit. Paridis supplevit, ut videtur, falso. Apparet enim Valerium idem iam dixisse verbis, quæ sunt *armis — impensis,* quæ quia epitomator prætermiserat necesse erat verbis de suo additis sententiæ consuleret. Sed epitomatoris verba in contextum recepta languidiora occurrunt.

Ne paulo quidem infra (§ 24) videtur esse cur ex epitoma Paridis *eorum* inter verba Valerii inculcemus. Sententiam enim suis verbis, non verba scriptoris epitomator reddidit. Retinenda igitur scriptura codicum: *sex et XXX spolia ex hoste retulisse, quorum in numero octo fuisse, cum quibus inspectante utroque exercitu ex prouocatione dimicasset.* Neque illud *quorum* minus apte ad sensum vocabuli *hoste,* quod præcedit, refertur quam si dicitur: *ut . . . hoc idem generi humano euenerit, quod in terra . . . collocati sint* (Cic. N. D. 2, 6, 17).

2, Ext. 4 (126,21): *Othryadæ quoque pugna pariter ac morte † speciosa Thyreatium laude quam spatio latius solum cernitur.* Etiam hoc loco crux illa infelix removenda videtur. Nihil enim dubitationem commovet. Videtur hoc fere dixisse

Valerius, Thyreatium quamvis exigui spatii solum tamen speciosa Othryadæ morte nobile latius innotuisse. Quia *cernitur* hoc loco, ut assolet, absolute dicitur, non est, cur cum Gertzio *) adiectivum requiras ad *solum*. Et propter speciosam Othryadæ mortem neque solum ipsum, ubi mortuus erat, tam speciosum quam nobile vel clarum factum est neque intelligitur, quid sit *solum, laude quam spatio latius*,**) nisi forte his verbis idem quod scripserat Valerius significatur, *solum latius cerni*. Ut igitur frustra videntur esse quæ, haud improbante Kempfio, a Gertzio ad locum, nulla emendatione egentem, emendandum allata sunt, ita, si Paridem audimus, iudicare licet omnia recte se habere. Refert enim epitomator, ut oportet, adiectivum quod est *speciosus* ad Othryaden eiusque mortem.

3 Ext. 4 (133,13): *Anaxarchique † non uitam modo deseruit, sed mortem reddidit clariorem.* Ad hunc locum coniecturam vix admittentem Cod. H solus, quantum invenio, præbet *anasarchique uitam modo non deseruit etc.*, contortiora illa quidem, sed a consuetudine Valeriana fortasse non prorsus abhorrentia.

IV, 3, 4 (179,7): *Deinceps et his uacemus, quorum animus aliquo in momento † ponendi pecuniam numquam uacuit.* Fortasse *ponenti* .... *uacauit.* (Cfr. Sen. brev. vit. 2 *queruntur, quod ... adire volentibus non vacaverint.*)

3, 6 (180,20): *Fabricius Luscinus* ...... $\overline{X}$ *æris et V pondo argenti et decem seruos sibi missos in Samnium remisit.* Illud *decem* quod Halmius e Par. pro codd. *totidem* recepit, epitomatoris auctoritate non satis confirmatum videtur. Nam quid impedit quominus credamus eum maiorem ex iis qui præcederent numerum repetisse. *Totidem* si legerat certe non potuit describere, nullo antea numero adhibito. Neque abest suspicio eum ob id ipsum pecuniam non numeratam reliquisse, quod minor videretur. Utcumque est, nihil ad locum fortasse insanabilem emendandum epitomator adiuvat.

*) Symb. p. 272.

**) Dicit enim Gertzius l. c. ordinem verborum hunc esse: *Thyreatium solum, laude quam spatio latius, Othryadæ pugna pariter ac morte speciosum cernitur.*

7, 1 (201,24): *felicitatis cultus maiore ex parte adulatione quam caritate erogatur, certe suspectus est perinde ac plus semper petat quam inpendat.* Codd. *adulationi quam caritati.* Vereor ne iusto pronior fuerit Kempfius ad coniecturam Gertzii recipiendam, ubi coniectura opus sit nulla. Nam cultum illum felicitatis non, ut voluit Gertzius, felicibus hominibus sed suæ quisque utilitati tribuunt homines,. Acceptus igitur adulationi, non caritati est referendus. Ceterum eiusmodi verba sæpe ad rem pro persona referuntur etiam apud scriptores quorum multo simplicius est dicendi genus atque temperatius quam occurrit Valerii. Cfr. Plin. Ep. III, 21,2: *Prosecutus eram uiatico secedentem* (Martialem): *dederam* hoc *amicitiæ, dederam etiam uersiculis, quos de me composuit.* Nep. Att. 6,5: *quo fiebat, ut eius obseruantia omnibus esset carior, cum eam officio, non timori neque spei tribui uiderent.* (Cfr. etiam quod Gertzius ad VI,3, 9, *sobrietati poenas pependisse* attulit).

V, 1, 1 a (215,10): *Ante omnia autem humanissima et clementissima senatus acta referam. qui, cum Karthaginiensium legati ad captiuos redimendos in urbem uenissent, protinus his nulla pecunia accepta reddidit iuuenes numerum duum milium et septingentorum et XL trium explentis † simis rerum tantum hostium exercitum dimissum, tantam pecuniam contemptam, tot Punicis iniuriis ueniam datam: ipsos legatos obstipuisse arbitror* ... Apparet mendum iam in Archetypo fuisse, ubi ni fallor *explentissimis* scriptum erat. Quod mendum suspicari licet ita natum esse, ut propter syllabarum similitudinem oculi librarii, ut fit, ab uno ad alterum verbum transcurrerent. Ita fortasse fieri potuit, ut huius modi exciderent verba: *explentis. <Hoc et in clementis>simis rarum.* Sententia hoc modo constituta facilius accusativos cum infinitivis qui sequuntur cum Gertzio (p. 278) pro exclamatione accipere possumus, nisi magis placebit ad verbum *obstipuisse* referri.

2,1 (p. 227,11): *Marcium patriæ* ** *conantem* — — — — — — — — *Veturia mater et Volumnia uxor nefarium opus exequi precibus passæ non sunt.*

Quamquam ad lacunam explendam multa, quæ sententiæ satisfaciant, conquiri possunt, vix est ulla in emendando probabilitas, nisi credimus librarium, quod non raro fit, oculorum errore deceptum a verbo *patriæ* propter similitudinem litterarum, quæ exciderunt, ad *conantem* transcurrisse. Ita fieri potuisse crediderim, ut verba *perniciem* vel *pestem parare* omittererentur. (Cfr C. 4,1 ut — — — pæne pestiferum adversus se ducem experirentur).

3, 2 b (p. 235,13): *Cuius clarissima opera iniuriis pensando cinis uici ignobilis eum ac desertæ paludis accolam fecerunt.* Illud *uici,* quod per se satis languidum uidetur nescio an et numero orationis repugnet. Quo cum accedat, ut verbi *accolæ* propria atque præcipua esse cum aquarum nominibus coniunctio videatur, non est quod hoc verbum, iam a Perizonio exclusum,*) contra auctoritatem codicis *L* retineamus.

2, 10 (23114): *quorum laudem † adiecta lege condicio auget magis quam extenuat, quoniam quidem quæstum contempserunt nulli alii rei quam quæstui uiuentes.* Non persuaserunt mihi viri doctissimi, Halmium omnia recte se habere existimantem errasse. Nam luce clarius apparet opus illud publicum non potuisse nisi mercede constituta addici. Id ipsum igitur, quod mercedem lege coacti acceperunt libitinarii, laudem non attenuavit, quia ea una erat condicio funeris conducendi.

3, 4 (238,7): *(Popilius) gaudio exultans Caietam cucurrit et uirum, mitto quod amplissimæ dignitatis, certe † salubritate studio præstantis officii priuatim sibi uenerandum, iugulum præbere iussit.* Lectionem *salubri studio* **), non aspernari uidetur Kempfius., et id quidem merito. Ratione enim et via ostendit (Ed. mai. p. 412) quomodo inde nasci potuerit *salubritate.* Ne ablativus quidem, quem improbat Maduigius (Adu. crit. II, p. 325) immutato paullum alio verbo offensionis quidquam habebit. Atque orationi aptior videtur quam coniectura Maduigii, quam si receperimus totius sententiæ numero nocebitur. Quis enim non videt inter se opponi *amplissimæ dignitatis* et *priuatim sibi uenerandum?* Crediderim igitur ita scribendum esse: *certe salubri studio præstantis officium* vel fortasse *præstandi officii priuatim sibi uenerandum.*

*) Vide Ed. Torren. p. 450.

**) Quod dicit Kempfius l. c. hanc esse coniecturam Fabricii. fallitur. Nam si Torrenio credimus (Ed. p. 754), Fabricius in codicibus suis ita legit viditque Torrenius in duobus codd. (Med. sec. Barb. prim.) lectionem illam, quæ et in cod. H. exstat.

3 Ext. 3 (p. 241,7): *Phocion uero his dotibus, qud ad pariendum hominum amorem potentissimæ iudicantur.*

Vix est dubium quin, hoc loco verbum aliquod *diligendi* exciderit. Respicientibus tamen et rem ipsam et littarum incipientium similitudinem verbum *caritas* maiorem quandam fortasse habebit probabilitatem, ut suspicari possimus Valerium *ad caritatem pariendam hominum* scripsisse.

3 Ext. 3 (p. 241,19): *dandi et accipiendi beneficii commercium, sine quo uix nita hominum † experet tollit quisquis bene merito parem referre gratiam neglegit* — Videtur mihi legendum esse *uita hominum esse potest* quod ad rem ipsam et sententiam non negabit aptissimum esse qui hos locos Ciceronianos contulerit: *de or. II, 5, 20 omnes ei sumus, ut sine his studiis vitam nullam esse ducamus, Læl. 6, 20 nec sine virtute amicitia esse ullo pacto potest;* ib. 22 *qui potest esse »vita vitalis» ut ait Ennius, quæ non in amici mutua benevolentia conquiescit.*

6 init. (p. 253,1): *(patriæ) maiestati etiam . . . . auctoritas parentium uires suas subicit, fraterna quoque caritas animo æquo ac libenter cedit, summa quidem cum ratione, quia euersa domo integer [status] rei publicæ status manere potest, urbis ruina penates omnium secum trahat necesse est.* Quamquam de hoc loco restituendo nihil pro certo affirmare audeo, tamen crediderim verbum *status* quod includitur sententiæ minime repugnare, licet aliquo modo sit corrigendum. Fortasse *euersæ domo (-ui) inter statum* vel fortasse *integro statu rei pubicæ status manere potest.* Certe eiusmodi sententia vere est antiqua, legentique mihi hunc locum in mentem venit quod dicit *Thuc.* II, 60: *ἐγὼ γὰρ ἡγοῦμαι πόλιν πλείω ξύμπασαν ὀρθουμένην ὠφελεῖν τοὺς ἰδιώτας ἢ καθ' ἕκαστον τῶν πολιτῶν*

εὐπραγοῦσαν, ἀθρόαν δὲ σφαλλομένην. καλῶς μὲν γὰρ φερόμενος ἀνὴρ τὸ καθ' ἑαυτὸν διαφθειρομένης τῆς πατρίδος οὐδὲν ἧσσον ξυναπόλλυται, κακοτυχῶν δὲ ἐν εὐτυχούσῃ πολλῷ μᾶλλον διασώζεται.

6,4 (255,1): *e uestigio picum † morsu suo necauit.* Quum minus sit verisimile, ut Ælius prætor picum interitum sibi portendentem denticus potissimum laceraverit, editorum alius aliter locum corrigere conatus est. Neque, si credimus Valerium ad impetum quendam exprimendum ita scripsisse, non displicet pronomen illud *suo.* Si coniectura periclitanda est, *picum mortuosum* velim, quod maxima litterarum similitudine commendari videtur. Neque videtur esse cur de adiectivo *mortuosus* pro *exitiosus* usurpato nimis dubitemus præsertim in Valeriano genere scribendi.

6 Ext. 4 (p. 258,14): *cum inter Karthaginem et Cyrenas de modo agri pertinacissima contentio esset* .... Illud *modo* e *Par.* receptum est, quod tamen verbum epitomatoris videtur esse posse, etiamsi Valerius *margine* scripserat, quod præbent codd. *C E F H* quam proxime ad similitudinem litterarum accedentes, quæ in codd. *A L* exstant.

7,3 Ext. 1 (261,30): *iuxta enim Antiochum sedens, ut eum ad introitum Stratonices rubore perfundi et spiritu increbrescere eaque egrediente pallesere et † excitatiorem anhelitum subinde recuperare animaduertit* ... Vix credere possumus *excitatiorem* Valerio tribuendum esse. Dicit enim iuvenem illum intrante Stratonice paulisper refectum, abeunte rursus sopitum et quasi moribundum iacuisse. Itaque, ut paulo infra pulsus venarum modo vegetior modo languidior fuisse dicitur, hoc loco requiritur quod *spiritu increbrescere* opponatur. Quare non minus ad rem quam ad literarum similitudinem aptum videtur legere *exiliorem anhelitum* unde *(excitiorem) excitatiorem* facile videtur oriri potuisse.

8,2 (263,15): *Huius æmulatus exemplum Cassius filium* **suum Sp. Cassium** .... *necari iussit.* Verba, quæ sunt *suum Sp. Cassium,* a Kempfio e Par. recepta, videntur rejicienda esse, ut quæ glossema vel additamentum epitomatoris redoleant.

Vix enim crediderim fieri potuisse ut ita Romanus scriptor nomen gentile iterum repeteret; eoque minus de supplendis

verbis cogitemus, quod epitomator hoc loco id minime videtur egisse, ut verba Valerii retineret.

1,11 (p. 274,13) *Libidinosi centurionis supplicium M. Lætori Mergi tribuni militaris æque † similis foedus exitus sequitur.* — Ut est consuetudo Valerii a virtute quadam collaudanda vel a vitio vituperando ad novum eiusmodi exemplum transeuntis commenmorare esse inter se consimilia, sic nescio an etiam hoc loco verisimile sit eum scripsisse. Si in *æque* corruptelam e compendiosa scriptura natam credimus, fortasse ita accipiendum est: *animique* vel *animoque similis.* Utraque certe forma compendiose sic scripta sæpius occurrit, ut huiusmodi corruptela facile oriri potuisse videatur. (Cfr. pag. 9, ubi 283,13 eius modi corruptelam exscripsi.)

2, 12 (p. 283,15) *idem* (Cascellius) *cum multa de temporibus* **Cæsaris** *liberius loqueretur* — — — — *duas res* — — — — — *magnam sibi licentiam præbere respendit* .... Qua de causa Kempfius, admonente per litteras Gertzio, illud *Cæsaris* inter verba Valeriana ex epitomatore assumpserit, vix potest intelligi. Nam præterquam quod apud epitomatorem omnia fere hoc loco verba scriptoris aliquo modo commutata occurrunt ob camque sem minus in eo adiumenti videtur esse ad singula verba supplenda, accedit, ut verbum *Cæsaris* epitomator, sicut is locum reddidit, addendum fortasse existimaverit, ut intelligi posset, a quo poena libertatis Cascellio esset timenda.

Sed Valerius cum iam ante exposuisset, quid Cascellius de triumvirorum actis sensisset, quæ omnia epitomator transposuit, nihil videtur fuisse, cur hoc loco Cæsaris nomen afferret; si credimus de temporibus Cæsaris liberius locutum esse Cascellium ac non de sequentibus, præsertim senectute confisum. Utcumque id est, certe nihil videtur esse, quod non credamus epitomatorem illud verbum de suo addidisse.

ADDENDA.

Pag. 1. Signum codicis quod est *Valerius Maximus N:o 20 (c. 31: 2)* resfertur ad catalogum manuscriptum qui inscribitur: Katalog öfver manuskripterna i Kgl. Bibliotheket upprättad af L. Hammarsköld.

Cap. I. **hæc sunt addenda:**

inter varietates:

283,17 amantissime uidentur 285,28 Sp.] p.

inter omissa:

a) 107,5 iocorum 124,7 ad 131,18 est 143,9 plus 149,10 ui 191,4 publicæ 207,14 ex his 241,17 Quod cum 243,6 reprehensionis 259,15 strata 286,2 ergo 402,18 sæpe 419,2 suæ.

b) VI, 7,1 (211,12—13) quam — uti.

inter transpositiones:

2,3 deos enim reliquos *Torr.* 4,13 æterni ignis 5,12 uirtutis et onoris 10,8—9 potissimum ibi a Cæsarianis militibus 23,17 uirium in ea 71,24 Proserpinæ feminis 133,13 non] *post* modo 144,19 seruatas esse 148,16 eorum ducem.


Cap. II:

inter varietates:

1 a. 4,21 eorum indulgentia deorum 101,11 consultantis.
1 b. 3,6 XV uiros *LABDE Nep.*
6. 112,12 hosti *A-E.*
7. 169,6 tot] tam *B-Γ.*

inter additamenta:

7. 116,20 egregius] *add.* tamque *B-E.*


COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
1010655050

